



Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

De|| EXTREMA VNCTIO-||NE, ORDINE, ET MATRI-||MONIO.|| SINGVLIS LIBRIS
EX-||PLICATA.||

Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>

Ingolstadii, [1599]

VD16 B 1607

Cap. I. Ordinationem verè ac propriè Sacramentum esse nouæ legis, qui negauerint ex hæreticis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54104](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-54104)

& Kemnitius in 2. parte Examinis, in disputatione de Sacramento Ordinis, pag 1162. & sequentibus. Calvinus autem etiam si plerisque in locis duo tantum ponit Sacra menta, Baptismum, & Coenam, tamen lib. 4. Inst. c. 14. §. 20. & c. 19. §. 31 agnoscit Ordinationem esse verum Sacramentum; ac dicit se tantum duo antea posuisse, quod loqueretur de Sacramentis, quæ omnibus fidelibus communia sunt.

Philippus quoque Melanchthon, et si in locis primò editis duo tantum posuerat Sacra menta, tamen in locis editis anno XXXVI. LII. & LVIII. Ordinationem vult esse verum Sacramentum, & fusè id probat. Item in Apologia Confessionis Augustanae, art. 13. qui est de numero Sacra mentorum; satis aperte docet, Ordinationem Ministrorum esse Sacra mentum propriè dictum.

Nec valet responsio Kemnitij pag. 1167. vbi dicit, Apologiam esse intelligendam de voce Sacra menti largo modo accepta. Id, inquam, non valet. Nam Philippus dicit ad Sacra menta propriè dicta tria requiri, ritum, promissionem gratiæ, & mandatum; deinde ex hoc fundamento probat Sacra menta esse propriè dicta, Baptismum, Eucharistiam, & Absolutionem. Deinde ex eodem fundamento reiicit Confirmationem, & Extremam unctionem, & paulò post etiam Matrimonium. De Ordine autem distinguunt: nam si accipiatur pro sacerdotio, negat in Ecclesia ullum esse debere sacerdotium; si accipiatur pro Ordinatione Ministrorum, dicit non grauatè se admittere eam inter Sacra menta, & probat ex fundamento supra posito, quia habet ritum, mandatum, & promissionem. Itaque sine dubio Kemnitius, etiam si id confiteri palam non audeat, repugnat in hac controv ersia non solum Calvino, sed etiam Lutheranis præcipuis; seque adiungit Illyrico, aliisque obscurioribus, & paucioribus Lutheranis.

CAP VT SEC VND V M. Ordinationem Sacra mentum esse demonstratur ex diuinis literis.



V o d igitur Ordinatio sit Sacra mentum verè, ac propriè dictum, demonstratur ex sacris literis. Tria requiruntur ad Sacra mentum propriè dictum,